

Opus excerptum magistri Dungali.

[.....]

- [c. 1] Cum meminerimus regalem solertiam¹ suis proposuisse fidelibus, ex^a quo ordine debet inveniri vel inquiri ad officium episcopatus:
- 5 Scimus autem tres ordines esse generaliter ecclesie, unus videlicet secularium, hoc est fidelium laicorum, et duo, qui specialiter nominantur ecclesiastici, hoc est canonici et monachi, in quibus singuli probati et electi Deo inveniuntur, *apud*² quem *non est personarum acceptio* nec secundum habitus vel nomina iudicium, sed secundum virtutes et merita,
- 10 sicut scriptum est: *Reddet*³ Deus *unicuique secundum opera sua*. De quibus etiam, cum regula ecclesiastica frequentius ex canonico ordine quemlibet operibus perfectum et sapientia preditum requirere et eligere consueverit, si tamen in eo talis defuerit, ad alios ordines esse recurrendum antiqua patrum admonet traditio, ut, undecunque aptior et dignior
- 15 sit inventus, adsumatur.

- [c. 2] Qualis autem debeat eligi episcopus, beatus apostolus in epistola ad Timotheum scribit dicens: *Si*⁴ *quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat*: Opus, non dignitatem, laborem, non delitias. Opus, quo per humilitatem decrescat, non fastu intumescat. *Oportet*⁵ *ergo episcopum irreprehensibilem esse*;
- 20 idipsum quoque ad Titum: *Si*⁶ *quis est sine crimine*, omnes virtutes in uno sermone comprehendit. Futurus⁷ pastor ecclesie talis eligitur, ad cuius comparisonem recte grex ceteri nominentur. *Unius*⁸ *uxoris virum*, hoc est qui⁹ legitimo coniugio usus fuerit, antequam ad aliquem ecclesiasticum promoveretur hono-

a) et *Hs.*

1) Zweifellos Lothar I., Mitks. seit 817, Kg. von Italien seit 822 (?).

2) Rom. 2, 11; Eph. 6, 9.

3) Rom. 2, 6.

4) Si – Z. 21 comprehendit aus Hieronymus, *Epistola LXIX ad Oceanum* c. 8, ed. Isidor HILBERG, *Sancti Eusebii Hieronymi Epistulae 1. Epistulae I–LXX* (CSEL²⁵⁴) S. 694, 17–22. Darin zu Beginn 1. Tim. 3, 1. – Der Textauszug im gleichen Umfang auch enthalten in c. 11 der Aachener Kanonikerregel von 816 (MGH Conc. 2/1 S. 328, 19–23).

5) 1. Tim. 3, 2.

6) Tit. 1, 6.

7) Futurus – Z. 22 nominentur aus Hieronymus, *Epistola LXIX* c. 8, S. 694, 25–695, 2. – Der Textauszug im gleichen Umfang auch enthalten in c. 11 der Aachener Kanonikerregel von 816 (MGH Conc. 2/1 S. 328, 25–26).

8) 1. Tim. 3, 2.

9) Vgl. hierzu Hieronymus, *Epistola LXIX*, c. 2–5, S. 680–689.